Dhe Ajo, duke i buzëqeshur Dhëndrit të dashur, i tha: “Trinia e Shenjtë për të mposhtur të gjitha mëkatet e botës ka zgjedhur në mes të të gjitha armëve lutjen “Të falemi Mari”, me të cilat është formuar Ruzarja jonë e Shenjtë, Të falemi Mari që është bazamenti themelues i tërë Besëlidhjes së re.

Prandaj, nëse do frytin që shpreson në predikim, prediko Ruzaren time të Shenjtë dhe menjëherë do të ndjesh ndihmën e Trinisë së Shenjtë”.

Në të njëjtën kohë Ajo shtoi për të, këtë gjë.

SCHEMA PSALTERII.

III. *“Istius in signum, ait, ecce tres Mecum Reginae Sanctissimam Trinitatem repraesentant.*

1. *Harum, ut cernis, Prima Candidissimo nitens cultu, Patris designat Potentiam, quam in Filii Sui, ex Me Nati Sanctissima Incarnatione manifestavit.*

Hanc quoque⁴¹ quinquaginta Virgines, item candore venerabiles, designant; primum Jubilaeum Gratiae et Gloriam, in et ab Patris esse Potentiam⁴².

Secunda Regina, ostro⁴³ et purpura Rubens Filii denotat Sapientiam; quam in mundi per Passionem Suam Redemptionem declaravit.

Illius Comites quinquaginta, pari insignes purpura Virgines admonent alterum quinquagesimi anni Jubilaeum Gratiae, et Gloriam ex merito Christi passi descendere.

Tertia Regina convestita stellis, Clementiam Spiritus Sancti demonstrat, quam in Redempti orbis Sancticatione misericorditer ostendit.

Assistrices ei quinquaginta Virgines, stellis undique coruscae, spondent, Jubilaeum tertium Gratiae, et Gloriam, in et ex Spiritu Sancto promanare.

2. *Porro noveris: Ego, ut trium Reginarum, sic et Jubilaeorum, sum Regina, Trium in Via et in Patria; nimirum Legis Naturae, Scriptae et Gratiae, quae totidem in Beatorum felicitate perennant.*

Quae causa est, cur Beatissima Trinitas isthuc Mihi numerum⁴⁴ CL sanctificatum dicavit, et consecravit in Psalterio Meo.

Cujus idcirco

I. Quinquagena, De Incarnatione, pura candet.

II. De Passione Filii, purpurata rubet.

III. De ejusdem Resurrectione, Sanctorumque Gloria, stellata coruscat.

3. *Age nunc igitur, Mecum hoc capesse Psalterium, et constanter id praedica.*

Urbem, hostiumque fidenter invade cuneos, et ubi frequentissima convolarit multitudo, hoc lauda, commenda; Orationem suade, et crede, maxima protinus divinae Potentiae mirabilia videbis”.

Dixit: seque super astra recepit.

IV. 1. *Promisso fudit, dicto paret S. Dominicus apparet in urbe Tholosana: simul aedis summae aes omnes campanum, divino agitato, summis in turribus consonat, sonitu prorsus peregrino et novo.*

⁴¹ Në botimin e 1691 gjendet: “pone” (pas).

⁴² Në botimin e 1691 gjendet: “Potentia”.

⁴³ Në botimin e 1691, megjithëse fjala nuk është e qartë, gjendet: “oestro” (frymëzim).

⁴⁴ në botimin e 1691 duket sikur lexon: “nuperum” (i ri).

VIZIONI I RRUZARES SË SHENJTË

III. Ajo tha: “Si provë të kësaj, ja, tre Mbretëresha që janë pranë meje, kujtojnë Trininë e Shenjtë.

1. Mbretëresha e parë që sheh, e shkëlqyer, me veshje të bardha, tregon Fuqinë e Hyjit Atë, që Ai manifestoi në Mishërimin e Shenjtë të Birit të Tij, lindur nga Unë.

Edhe këto pesëdhjetë Virgjëra, të nderuara njësoj në bardhësi, tregojnë Jubileun e parë të Hirit dhe të Lavdisë, ose Fuqinë që është në Atin dhe nga Ati.

Mbretëresha e dytë, e kuqërremtë me veshje të purpurt, tregon Dijen e Birit të Hyjit, e cila, lajmëroi Shëlbimin e Botës, përmes Mundimit të Tij.

Pesëdhjetë Virgjërat që e rrethojnë, njësoj të dallueshme nga ngjyra e purpurt, kujtojnë Jubileun e dytë të pesëdhjetëvjetorit të Hirit dhe të Lavdisë, që rrjedh nga Meritat e Mundimit të Krishtit.

Mbretëresha e tretë, e veshur me yje, tregon Mirësinë e Shpirtit të Shenjtë, që është manifestuar në mënyrë të mëshirshme në Shenjtërimin e botës së shëlbuar.

Pesëdhjetë Virgjërat që e rrethojnë, me veshje vezulluese gjithandej me yje, premtojnë Jubileun e Hirit dhe të Lavdisë që rrjedh në Shpirtin e Shenjtë dhe nga Shpirti i Shenjtë.

2. Duhet të dish, pastaj, që Unë, si Mbretëreshë e tre Mbretëreshave, jam edhe Mbretëresha e tre Jubilejve në Udhën e jetës dhe në Atdheun Qiellor: jam atëherë, Mbretëresha e Ligjit Natyror, të shkruar dhe të hirit, që janë të dyja të përjetshme në Lumnimin e Shenjtërve.

Kjo është arsyeja, për të cilën Trinia e Shenjtë më ka titulluar dhe kushtuar një Rruzare të Shenjtë me numër të shenjtë prej njëqind e pesëdhjetë Të falemi.

Për këtë arsye:

Pesëdhjetëshja e parë, mbi Mishërimin është e bardhë për pastërtinë;

Pesëdhjetëshja e dytë, mbi Mundimin është e kuqe purpur;

Pesëdhjetëshja e tretë, mbi Ringjalljen dhe Lavdinë e Shenjtërve, vezullon me yje.

3. Eja pra, merre këtë Rruzare të Shenjtë dhe predikoje vazhdimisht: Unë do të jem me ty.

Hyr në mënyrë të vendosur, me besim në qytetin e armiqve dhe ku do të mblidhet një turmë e madhe, lavdëro dhe rekomando Rruzaren e Shenjtë; këshillo Rruzaren e Shenjtë dhe beso: do të shohësh menjëherë mrekullitë më të mëdha të Fuqisë Hyjnore”.

Tha dhe u zhduk lart mbi yje.

IV. 1. Shën Domeniku i besoi premtimit, iu bind komandës dhe hyri në qytetin e Tolozës; në atë çast, për lëvizje hyjnore, të gjitha këmbanat e bronxta të Kishës kryesore, tingëlluan mbi kullat e larta të këmbanave, me një tingull të pazakonshëm dhe të panjohur.

Terror animos, motusque⁴⁵ cunctorum, ac stupor incessunt, pariterque cupido, factum cognoscere visu, quod audiebant, et discere causam.

Ad Paroeciam eam principem Civitas advolat pene tota, et ecce: videtur, ante cunctis perosus, auditur intrepidus divinus suspicitur Psalterii praedicator S. Dominicus, cordium sentitur malleator.

Stuporem ex pulsu campano, major ex predicatione excipit.

Illius memoriam inter, et sensum hujus atque praesentiam, mediis stant omnes pariter atque defixi: neque dum haeretica cedebat pervicacia.

Itaque altior de caelo, horribilisque fit vis.

2. Virtutes coelorum moventur, mugiunt tonitrua, fulgura certatim volantia micant; resonant elisa fulmina: quatitur urbs, fragoribus orbis uterque successus intremiscit.

Illapsurum metuisses, aut terram coelo, ignibus undas miscendas fore.

Parum hoc: etiam quasi terra levis suspensa motu libratur succussorio; iam iamque hiatu immani videbatur cunctos absorptura.

Neque aquae cursum tenere suum, retroactae feruntur, et suffunduntur omnia: omnisque ventorum vis effusa murmure horrendo frendit ac fremit.

3. Immania haec, et miranda: at mirabilius, quod in his omnibus vox una praedicantis Psalterium nil cederet Dominici, quo minus integra ad aures audientium accideret.

Ista, quae vincebat omnia, vincebat, et haeretica pectora.

Haec frangit, haec mollit, haec mutat, tum inter alia sic fatur: *“Haec Dexteram Excelsi: irati haec Vox⁴⁶ Numinis est, o Cives.*

Date locum Deo: ad ostium cordis vestri stat, et pulsat.

Deus enim est, qui fulminat in nubibus.

Terret, ut corrigat: non ferit, ne occidat.

Plaga tamen capitibus imminet: si vultis declinate paenam⁴⁷, et ultimam, aeternam exhorrescite.

Exemplum ab obstinatis Christi JESU crucifixoribus, per similia terrefactis ostenta, capessite: et ex JESU, Matreque JESU propitiam⁴⁸ sperate salutem.

Agite, Salvatoris Genitricem Virginem, Matrem misericordiae poscite omnes Advocatam, Matri Piae Pius Filius nil abnuit.

Utriusque precem amate, usurpate Psalterium.

Secundum DEUM MARIAM colite, execrati haeresim ejurate.

⁴⁵ Nè botimin e 1691 gjendet: “metusque” (frika).

⁴⁶ Nè botimin e 1691 gjendet: “vis” (forca).

⁴⁷ Nè botimin e 1691 gjendet: “pronam” (përkul).

⁴⁸ Nè botimin e 1691 gjendet: “propriam” (të vetat).

Terrori, emocioni dhe habia sulmuan shpirtrat e të gjithëve, si edhe dëshira të dinin se çfarë ishte ai spektakël që dëgjonin dhe të njihnin shkakun.

Pothuajse i gjithë qyteti shkoi menjëherë në Katedrale, dhe ja, ku shfaqet para të gjithëve Shën Domeniku, predikuesi i patrembur dhe i admiruar i Rruzares së Shenjtë, farkëtari i zemrave: u lejua të flasë dhe e dëgjonin me habi.

I kapte habia për tingëllimën e këmbanave, më shumë se për predikimin.

Me gjithë kujtimin dhe namin e keq të tij, ata rrinin njësoj përreth tij dhe ishin të palëvizshëm: por akoma nuk thyhej kokëfortësia e tyre heretike.

Ndodhi atëherë një stuhi nga qielli, shumë e fortë dhe e tmerrshme.

2. Shpërthyen energjitë e qiellit, gjëmonin bubullimat, shkëlqenin vetëtimat e papritura, njëra pas tjetrës, rrufetë duke shigjetuar ndesheshin: qyteti ishte i tronditur, ishte i tmerruar për bubullimat, që alernoheshin me shpërthime.

Kishin frikë se mos fundoseshin dhe që toka ishte gati të përzihej me qiellin dhe dallgët me flakët.

Dhe nuk është akoma e gjitha: edhe toka e rrëshqitshme ngrihej dhe ishte e tronditur nga një lëvizje luhatëse; dukej sikur të gjithë ishin duke u thithur nga një humnerë e madhe.

As ujërat nuk mbanin rrjedhën e tyre, lëviznin prapa dhe derdheshin mbi të gjitha gjërat; dhe e gjithë fuqia e erërave, duke u derdhur me ulërime të tmerrshme, ulërinte e fishkëllente.

3. Këto realitete ishin gjigande dhe të pabesueshme, po akoma më e pabesueshme ishte që në mes të gjitha këtyre gjërave, vetëm zëri i Shën Domenikut që predikonte, nuk ulej aspak, përkundrazi shkonte në mënyrë të përsosur në veshët e dëgjuesve.

Ai, që fitonte mbi të gjitha ato vështirësi, fitonte edhe mbi zemrat heretike.

I tronditi, i ëmbëlsoi, i transformoi dhe pastaj në mes gjërave të tjera tha kështu: “Kjo është Dora e Djathë e të Tejetlartit, ai është Zëri i Zotit që është i zemëruar, o qytetarë.

Jepini një vend Zotit: ndodhet në derën e zemrës suaj dhe troket (Zb. 3,20).

Është Zoti, në fakt që shkrepëtin mes resh (Ps. 18,13).

Tmerron për të korigjuar, nuk dënon për të vrarë (Hebr. 12).

Megjithatë ndëshkimi qëndron mbi kokat tuaja: nëse doni, evitoni dënimin dhe kini frikë nga dënimi i fundit, ai i përjetshmi.

Merrni shembull nga kryqëzuesit kokëfortë të Jezu Krishtit që u tmerruan nga mrekulli të tilla dhe shpresoni në një shpëtim të duhur nga ana e Jezusit dhe e Nënës së Jezusit.

Ejani, pyeteni të gjithë Virgjëren, Nënë e Shpëtimtarit, Avokaten Nënë e Mëshirës, sepse Djali i dashur nuk i mohon asgjë Nënës së dashur.

Duajeni lutjen e tyre, përdorni Rruzaren e Shenjtë.

Menjëherë pas Zotit nderoni Shenjten Mari, pasi të keni hedhur poshtë heretizmin, bëni betimin e besimit.

Et fidite: salutem spondeo, sponsionem hanc meam affirmabit gratia Deiparae, Deoque ratam, faciet subita ab hisce quies terroribus, et tranquilla securitas.

Credite: cerno coram centum, et quinquaginta Potestates, Angelos, Vindictae Dei administros, a Christo, et a Christi Matre Virgine coelitus in vos imissas⁴⁹, poenis scelerum vestrorum exposcendis”.

4. Has voces Sancti, aliae Blattarum intersonant voces infaustae, confusique ejulatus cacodaemonum eduntur tales: *“Vae, vae nobis!*

Ab Angelis, per vim maxime Psalterii, catenis ignitis religamur, et procul ex orbe hoc relegamur in Barathrum, heu, infelices!”.

Horum tanta intendebatur vociferatio, ut de Psalterio Praedicatoris vocem pene obscurare videretur.

Obruissent illam, ni Deus voci ejus vocem virtutis dedisset.

5. Ostentum istis accessit denique horribile aequae, ac mirabile.

Prostabat forte in Ecclesia Majore, Deiparae statua, loco edito, atque conspicuo.

Haec visa cunctis fuit, Dexteram in Coelos porrectam extendere: vice minarum tertium repetita, ac si diceret: nisi jussa facessatis, peribitis.

Ita enim gestum statuae mox interpretatus est S. Dominicus: *“Non plaga, inquit, non horrida monstra remittent, ni ab pertinacia remittentes, salutem per Advocatam misericordiae in Psalterio quaesieritis.*

Ergo sacris ipsi precibus in Psalterio placate iratam, et elatum⁵⁰ minaciter brachium ea flectet ad misericordiam”.

V. 1. Jam fibras cordis omnium perculerat Deus, percusserat Dominicus.

Vidisses abjectos humi universos, supplices ad Deum, Deiparamque palmas tendere, pallere vultus, artus tremere, et corpore toto inhorrescere: Audisses imis ductos pectoribus gemitus, fractos ructare singultus, obscurum mugire rugitus, ululatus virumque mulierumque planctus resonare permixtos: madere lacrymis, sordidatos squalere cunctos, pectora tundere, spargere pulverem, lacerant⁵¹ genasque, capillosque, misericordiam vocare universos, haud secus, quam si viventibus sibi videntibusque funus duxissent.

⁴⁹ Në botimin e 1691 gjendet: “immissos”.

⁵⁰ Në botimin e 1691 gjendet: “elevatum” (e ngritur).

⁵¹ Në botimin e 1691 gjendet: “shqyej”.

Dhe kini besim: ju premtoj shpëtimin, hiri i Nënës së Hyjit do të vërtetohet premtimin tim dhe për Vullnet të Zotit, një qetësi e papritur dhe një siguri e qetë do t'ju lirojë nga këto tmerre.

Besoni: shoh këtu përpara njëqind e pesëdhjetë Fuqitë Engjëjllore, Engjëjt ekzekutues të Ndëshkimit Hyjnor, të dërguar nga Krishti dhe nga Nëna Virgjër e Krishtit, nga Qielli për ju, për të kërkuar ndëshkim për ligësitë tuaja”.

4. Gjatë këtyre fjalëve të Shën Domenikut, u dëgjuan zërat ogurzinj të buburrecave dhe u dëgjuan këto ankime konfuze të demonëve: “Të mjerët, të mjerët ne!

Nga Engjëjt, për fuqinë e pafundme të Rruzares së Shenjtë, jemi të lidhur me zinxhirë të zjarrtë dhe larg nga kjo botë, jemi të zbritur në Humnerën e Ferrit.

Oh, të palumtur”.

Dëgjoheshin ulërimat e tyre kaq të mëdha saqë dukej sikur gati mbulonin zërin e Predikuesit të Rruzares së Shenjtë.

Do ta kishin mbuluar, nëse Zoti nuk do t'i kishte dhënë një ton shumë më të madh atij zëri.

5. Në fund, një mrekulli e tmerrshme dhe e mrekullueshme njëkohësisht, iu shtua të tjerave.

Rastësisht, në Kishën e madhe ishte e ekspozuar një statujë e Nënës së Hyjit, në një vend të lartë e të dukshëm.

Ajo u pa nga të gjithë të ngrinte Dorën e Djathtë, duke e shtrirë, si një paralajmërim të përsëritur për tre herë drejt qiellit, sikur thoshte: “Nëse nuk do të zbatoni komandat do të humbisni”.

Shën Domeniku, kështu, në fakt, interpretoi menjëherë gjestin e statujës, duke thënë: “Nuk do të largohen ndëshkimet dhe shenjat e tmerrshme, vetëm nëse, duke u larguar nga kokëfortësia, do të kërkon, përmes Rruzares së Shenjtë, shpëtimin përmes Avokates së Mëshirës.

Prandaj, qetësoni zemërimin e saj me lutjet e shenjta të Rruzares së Shenjtë dhe ajo do të përkulë drejt mëshirës, krahun e ngritur në mënyrë kërcënuese.”

V. 1. Tashmë Zoti kishte tronditur deri në palcë zemrat e të gjithëve dhe Shën Domeniku i kishte shpuar tejpërtej.

Do t'i kishte parë të gjithë, të dëshpëruar, përtokë, duke shtrirë në mënyrë përgjëruese pëllëmbët e duarve drejt Zotit dhe Nënës së Hyjit, të zbehur në fytyrë, me krahë të dridhur dhe të trembur në të gjithë trupin.

Do të kishte dëgjuar rënkimet e ardhura nga thellësia e zemrave të tyre, qarjet me ngashërim, rënkimet konfuze mes britmave dhe ulërimave, jehonën e të qarave të përziara, të burrave dhe grave.

Ishin të gjithë të lagur nga lotët dhe të mbuluar me veshje të ndyra, goditnin gjokset dhe lyheshin me baltë, shqyenin gjunjët dhe flokët, të gjithë së bashku thërrisnin mëshirë, pikërisht, sikur po shoqëronin funeralin e tyre, edhe pse duke jetuar e duke parë.

2. Hoc flexus miserabili spectaculo S. Dominicus, vultu ad Deiparae statuum verso, humi genua supplex ponit, et orat: *“O Domina, Coeli, terraeque potens Virgo, aspice, poenitentes, supplices audi, praeteritorum pudor ac dolor praesens, de futuris meliora spondet.*

Iras pone, remitte minas, Brachiumque repone in Tuae sinum Clementiae”.

Audiit pia Parens, Suaeque Brachium statuae contractum composuit.

Pariter venti, tonitrua, terraeque motus, et cuncta resederunt.

3. Terroribus hisce, periculisque perfuncti Tholosani, dederunt manus, animosque singuli in unius manum Dei, et ductum S. Dominici.

Fit pax, et alta quies, admiratio pariter, et perfecta animorum mutatio.

Errores suos dimittunt, haeresum tenebrae remittuntur, et Lux Catholicae Fidei aperitur.

4. Die posteri⁵² novum Cives spectaculum tale dederunt.

Superinjectis sibi camisiis, ardentibus manibus cereos praetendentes, eandem ad Ecclesiam mane primo supplicatum conveniebant.

Ad quos Sanctus Dominicus catecheticam de Psalterio instituit concionem, quantum, satis videbatur, sequentibus signis, quae plurima tunc ibidem, ac deinceps, Deus per servum suum operari dignitatus est.

VI. 1. Haec ita gesta evenerunt tribus circiter annis, aut quatuor, ante S. Ordinis Praedicatorum institutionem.

2. Et in perpetuam rei memoriam, Fulco Tholosanus Episcopus S. Dominico ejusque Fratribus, libera donatione facta, decimarum Ecclesiae suae partem sextam perpetuum donavit.

3. Atque ibidem prima S. Ordinis Fratrum Praedicatorum id temporis incunabula poni coepta fuerunt, in Ecclesia, dicta Sancti Romani, fundata tamen, ac dedicata Sanctissimae Trinitati, et Beatissimae Virgini Mariae.

4. Neque Ordinis solum, verum et Psalterii porro plantandi ista Origo prima extitit.

Atque ea quoque via Psalterium in hunc Ordinem intravit, et in eo hucusque perseveravit.

5. Ex cujus utriusque Institutiones⁵³, et S. Ordinis in Ecclesia, et Psalterii in hoc Ordine, quanta Deus semper Deiparaeque sint operati, seipso liquet, et in orbe fructus constat, quousque nomen patet Christianum.

⁵² Në botimin e 1691 gjendet: “postero”.

⁵³ Në botimin e 1691 gjendet: “Institucion”.

E dashura Nënë dëgjoi, lëvizi dhe përkuli Krahun e statujës së saj.

2. Shën Domeniku, i ngashëryer para këtij spektakli të mjerë, me fytyrë të drejtuar nga statuja e Nënës së Hyjit, u gjunjëzua me përgjërime në tokë dhe u lut: “O Zoja e Qiellit dhe e tokës, Virgjëra e Fuqishme, shiko, dëgjo përgjëruesit e penduar: turpi i së kaluarës dhe dhimbja e së tashmes premtojnë gjëra më të mira për të ardhmen.

Ule zemërimin, shtyji kërcënimet dhe vendose përsëri Krahun brenda Mëshirës tënde”.

Dhe menjëherë erërat, bubullimat, tërmetet dhe të gjitha gjërat u qetësuan.

3. Tolozanët, që kishin mbështetur ato terrore dhe rreziqe, vendosën unanimitisht duart e tyre dhe shpirtrat e tyre vetëm në Duart e Zotit dhe nën udhëheqjen e Shën Domenikut.

Erdhi paqja dhe një qetësi e thellë, si edhe një habi dhe ndryshimi total i shpirtrave.

Braktisën gabimet e tyre, u hodhën poshtë errësitat e herezive dhe u hap Drita e Besimit Katolik.

4. Ditën tjetër, qytetarët shpallën publikisht fenë e tyre.

Të veshur me veshje të bardha, duke mbajtur në duar qirinj të ndezur, ata erdhën për të drejtuar përgjërime në të njëjtën Kishë të një dite më parë.

Për ta, Shën Domeniku filloi një diskutim katekizmi mbi Rruzaren e Shenjtë, për kohën që iu duk e mjaftueshme; në të njëjtën kohë, vazhdonin mrekullitë, që aty ishin të shumta në numër, si edhe në vazhdim, të cilat (mrekulli) Zoti denjoi t’i kryente përmes shërbëtorit të tij.

VI. 1. Këto gjëra ndodhën rreth tre ose katër vite para Themelimit të Urdhërit të Shenjtë të Predikuesve.

2. Dhe, në kujtim të përhershëm të faktit, Ileshkvi i Tolozës, Fulko, duke bërë një dhurim të lirë, i dhuroi Shën Domenikut dhe Fretërve të tij pjesën e gjashtë të të dhjetave të Kishës së tij, përjetësisht.

3. Ishte këtu që filluan të vendoseshin fillimet e para në kohë, të Urdhrit të Shenjtë të Fretërve Predikues, në Kishën e quajtur të Shën Romanos, e themeluar dhe e kushtuar, prapëseprapë Trinisë së Shenjtë dhe të Lumes, Virgjëres Mari.

4. Qe fillimi jo vetëm i Urdhrit Domenikan, por edhe ajo Kishë që pika e parë e nisjes së Rruzares së Shenjtë, që nga aty u përhap gjithkund.

Dhe është për këtë rrugë që Rruzarja e Shenjtë hyri në këtë Urdhër dhe në të u trashëgua pa ndërprerje, deri në këtë moment.

Për të dy Institucionet, si të Urdhrit të Shenjtë të Domenikanëve në Kishë, si të Rruzares në këtë Urdhër, është e qartë sa të mëdha janë realitetet, që Zoti dhe Nëna e Hyjit kanë bërë dhe ky rezultat është i njohur publikisht në të gjithë botën, kudo ku shtrihet emri i krishterë.

ATTESTATIO

Et haec omnia piissima Dei Genitrix V. Maria cuidam, quem Desponsavit per Annulum, et Psalterium mirandum, ex Crinibus Ipsius Virginis MARIAE, in Collo Sponsi pendens; narravit visibiliter, et sensibiliter esse verissima.

CAPUT IV.

De B. ALANO, Deiparae desponsato Psalterii Innovatore, attestata narratio in Apologia], Cap. X.

I. Clementissimus DEUS Misericordiarum, et DEUS totius Consolationis, ex Sua Dignantissimae Miserationis abundantia, et perpetua charitate, Psalterium Christi, et Mariae, jam diu in desidiosa hominum oblivione sepultum, benignissime dignatus est revelare cuidam Patri Fratri Ordinis Praedicatorum.

1. Per quod, gratia Dei, cooperante, inaudita et innumera peracta sunt miracula; et praesertim vere⁵⁴ per praedictum Fratrem Praedicatorem, in Psalterio specialiter Deo, Deiparaeque devotum.

2. Ante autem dictus Pater, quam ad eam admirandae praedicationis gratiam vocatione divina perveniret; Psalterium Mariae, sedula devotione quotidiana Deo per Advocatam DEI Matrem Mariam offerre diu consuevit; quo a tentationibus diaboli, carnis, ac mundi liberatus, vel immunem ab iis, aut securam Deo vitam in suae vocationis exigeret Instituto.

Et quidem a quibusdam est liberatus; verum aliarum permolesta importunitate eo vehementiore, pugnisque saevioribus afflictus fuit, et debuit conflictari.

3. Nam Deo sic permittente; (ut is, qui solus potest, eum faceret ex tentatione proventum) quem experta dein Ecclesia cognovit (hodieque sentit), ecce septem ipsos annos a diabolo fuit crudelissime tentatus, verberibus contusus, et flagrisdiritervapulavit.

⁵⁴ Në botimin e 1691 gjendet: "vero praesertim", në vend të: "praesertim vere", të botimit të 1847.

VËRTETIM:

Të gjitha këto fjalë të dashura, Virgjëra Mari, Nëna e Hyjit ia ka referuar atij që martoi me një Unazë të bërë nga Flokët e vetë Virgjëres Mari dhe me një Zinxhir të Rruzares së mrekullueshme, që varet në qafën e Dhëndrit; dhe këto gjëra, në mënyrë të dukshme dhe reale, janë shumë të vërteta.

KAPITULLI IV

Thellim i asaj që përshkruhet në Apologjinë kapitulli X, mbi të Lumin Alano, Dhëndër i ri i Nënës së Hyjit, Promovues i Rruzares së Shenjtë.

I. Zemërbuti, Zoti i Mëshirës dhe Zoti i Ngushëllimit për bollëkun e dhembshurisë së tij dashamirëse dhe të Dashurisë së përjetshme ka denjuar t'i zbulojë Rruzaren e Shenjtë të Krishtit dhe të Marisë, tashmë e varrosur prej kohësh në harresë për mosveprimin e njerëzve, një Ati, Frat i Urdhrit të Domenikanëve.

1. Kështu, me ndihmën e Hirit të Zotit janë kryer mrekulli të panumërta dhe të patregueshme, përmes të quajturit Fratit Predikues, veçanërisht i devotshëm ndaj Rruzaren së Shenjtë, Zotit dhe Nënës së Hyjit.

2. I parathëni Atë, që para se të arrinte, për devotshmëri hyjnore, ndaj hirit të jashtëzakonshëm të predikimit, prej shumë kohësh e kishte zakon të ofronte, me devotshmëri të zellshme të përditshme, Rruzaren e Shenjtë të Marisë, Zotit, për ndërmjetësimin e Avokates dhe Nënës së Hyjit.

Dhe, duke e liruar nga tundimet e djallit, të mishit dhe të botës, ose, duke e bërë imun nga ato, ai kalonte me Zotin një jetë të sigurt në Institutin e Thirrjes së tij.

Edhe pse i çliruar nga ato tundime, prapëseprapë, u torturua shumë rëndë nga prova të tjera të padurueshme dhe ngacmuese dhe nga luftëra shumë mizore dhe iu desh të mundahej.

3. Duke e lejuar Zoti, në fakt kështu (si vetëm Ai mund ta bënte të dilte jashtë tundimit: gjë që Kisha njih për eksperiencë dhe edhe sot vuan), ja që ai u tundua për shtatë vjet të tërë mizorisht nga djalli, duke e rrahur me goditje dhe kamxhik dhe kishte përfunduar tmerrësisht keq.

Adeoque saeva ea fuerunt subinde verbera; ut ipsi vitam saepius extorsissent, aut eum ad desperationem adegissent; ni Alma Dei Virgo, miserata sic afflicto quandoque opem tulisset, ac medicinam.

4. Quodque amplius, tanta vi occulta, impetuque tortore saepius exagitabatur a desperationis spiritu nequam, ad mortem sibi ipsi violenter manibus illatis consciscendam; ut dudum ferro animam cum sanguine hausisset, aut quo aliocumque necis genere vitam projecisset: idque semel decretissima desperatione steterat animo, in ipso quodam Sacri Ordinis sui Templo: nisi visibilissime S. Maria eum servasset, ex improvise apparens, dissipatrix tentationis.

5. Jam enim, heu⁵⁵, manus tentati tracta ad ferrum expediendum adigebatur; jam, ipso nolente, brachium inflexum, cum mucrone stricto, ad guttur proprium intorquebatur, ictu tam valido adque necem certo, ut citra moram, ac dubium sibi gulam praecisam abruptisset: sed Misericordiosissima adfuit Servatrix Maria, ictusque impetu in medio brachium hac involat, distinet, ista desperanti alapam infligit, et ait: *“Quid o miser, quid agis?”*

Tu Meam si orasses opem, ut alias fecisti, in tantum istud periculum haud quaquam incurrisses”.

Dictoque evanuit.

II. 1. Solus ita relictus miser, post pauxillum gravissima, et humanitas, incurabili arripitur infirmitate; ut, quicumque eum cognovit, certus judicaret, ipsum vicinae mortis filium aliquando fuisse.

2. Omissa Ecclesia perreptat, in cellam, ubi rursum daemonibus undique exagitatus, conturbatos conscientia, infirmitate nova gravatus, cum miserabiliter jaceret, ardentissimis cum suspiriis ad Virginem Mariam hunc in modum orans clamabat: *“Me miserum mortis filium!*

Eheu!

Quid miser agam?

Coelestia mihi adversantur: Coelum mihi ferreum est.

Infestant infera; humana me destituunt.

Quid cogitem, quid dicam, quo me vertam, nescio.

Sperabam Tuo me, oh miserum, Opitulatrix Maria, et fortiorem, et securiorem fore praesidio: et ecce, proh dolor, in graviorem decidi maledictionem.

⁵⁵ Në botimin e 1691 gjendet: “eheu” (mjerisht!).

Ishin kaq mizore ato goditje, saqë ia hiqnin shumë shpesh jetën nga ai dhe do ta kishin shtyrë në dëshpërim, nëse e dashura Virgjëra e Zotit, e keqardhur, nuk do t'i kishte sjellë të munduarit, nganjëherë, ndihmë dhe zgjidhje.

4. Dhe akoma më shumë vuante për këtë: ishte shumë shpesh i shtyrë nga një forcë e fshehtë dhe nga tërbimi torturues i shpirtit të keq të dëshpërimit, të ishte dakord të sillte vdekje të dhunshme me duart e veta, ose të menjëhershme, duke shpërndarë frymën jetësore dhe gjakun me një thikë, ose duke hequr dorë nga jeta me çfarëdo lloj tjetër vdekje.

Një herë, ndërsa ishte në një luftim dëshpërimi në shpirt në një Kishë të Urdhrit të tij të Shenjtë, Shenjtja Mari e shpëtoi, duke iu shfaqur papritur dhe duke shpërbërë tundimin.

5. Atëherë, në fakt, mjerisht, i tunduari kishte zgjatur dorën për të nxjerrë thikën dhe për t'u goditur; megjithëse nuk donte ta bënte, pasi kishte marrë në dorë thikën, përtheu krahun në fytin e vet me një goditje kaq të vendosur dhe të sigurt vdekjeje, që pa zvarritje dhe pa dyshim do të kishte goditur fytin, duke e prerë: dhe ja, i vjen në ndihmë Shpëtuesja e mëshirshme Maria dhe me gatishmëri të menjëhershme kapi krahun e tij, duke e ndaluar i dha një shuplakë dhe i tha: “Çfarë bën, o i mjerë? Nëse ti do të kishe kërkuar ndihmën time, siç ke bërë herët e tjera, nuk do të kishe rënë në këtë rrezik kaq të madh”.

Sapo tha këtë, u zhduk dhe i mjeri mbeti vetëm.

II. 1. Pak kohë më pas, ai u godit nga një sëmundje e rëndë dhe e pashërueshme e trupit, saqë të gjithë ata që e njihnin, mendonin sigurisht që ai shpejt do të kishte qenë bir i një vdekjeje të afërt.

2. Sapo doli nga Kisha, hyri në qelë, ku përsëri u rrethua nga çdo anë nga demonët, që e trazonin në vetëdije, duke rënduar sëmundjen e re.

Ndërsa shtrihej mjerisht i sëmurë, iu drejtua Virgjëres Mari me psherëtimë të zjarrta, duke e lutur në këtë mënyrë: “Unë i mjeri, bir i vdekjes!

Mjerisht!

Unë i mjeri, çfarë do të bëj?

Realitetet qiellore i kam kundër: është i padepërtueshëm për mua Qielli.

Realitetet e skëterrës më infektojnë; realitetet tokësore më zhgënjejnë.

Nuk di çfarë të mendoj, çfarë të them, ku të drejtohem!

Shpresoja në Ndhimën tënde, o Maria ndihmëse për të qenë më i fortë e më i sigurt, ndërsa, oh i mjeri unë, ja, çfarë dhimbjeje, jam i shtypur nga një mallkim i tmerrshëm!

Heu me!

Ad quae natus sum?

Cur lucem hanc infelix adspexi?

Cur Religionem hanc ingressus sum, ac possessus⁵⁶?

Quid mihi contulit tam longum, et durum Vocationis servitium?

Ubi quaeso Veritas illa diceatis⁵⁷: Jugum Meum suave est, et Onus Meum leve.

Ubi illa; quod non sinat tentari ultra, quam possumus.

Vere: Salva Dei reverentia, et offensa: mallet potius non esse, aut lapis fuisse, quam sic vitae dies decurrere”.

Sic ille cum Job et Jeremia clamans deficiebat: haesitabatque anceps, desereretne de caetero Domini servitium, an prosequeretur coeptum.

III. Cui deliberationi fluctuanti, ecce de repente media intervenit Divarum Diva.

1. Nam ipso multa secum animo volvente, et in utramque inclinato, intempestae noctis fere medio, decimam inter, et undecimam horam, in cella jacentis subita coorta luce resplenduit Claritas Dei: adstititque in ea Beatissima Virgo MARIA conspicua, salutans ipsum suavissime.

2. Post multa divina colloquia, Virgo LACTE SUO Purissimo lethalia daemonum vulnera plurima perfudit, et mox integerrime consanavit.

3. Simul hunc Famulum Suum, Domino JESU CHRISTO Praesente, multisque Sanctis circumstantibus, SIBI DESPONSAVIT: addiditque ei ANNULUM Virginitatis Suae Virgineis de crinibus ipsiusmet Mariae concinne factum.

Qui Annulus Gloriam est inexplicabilis, et inaestimabilis, quem indutum digito gerit, desponsat⁵⁸ modo mirabili sic, ut a nemine videatur.

Ipsa autem persentit in eo certa adversus omnes diaboli tentationes auxilia.

4. Pari modo Benedicta Virgo Dei Genitrix simul injectam ei e collo suspendit CATENAM ex Crinibus Virgineis contextam: in qua inserti haerent centum, et quinquaginta lapides pretiosi, ac quindecim, juxta numerum Psalterii Sui.

5. Quibus ordine peractis, dixit illi: ut sic spiritaliter, et invisibiliter faceret dicentibus devote suum Psalterium.

Idem numerus Gemmarum, et in Annulo continetur, sed longe alio modo minore.

⁵⁶ Në botimin e 1691 gjendet: “professus” (shpall).

⁵⁷ Në botimin e 1691 gjendet: “dicentis”.

⁵⁸ Në botimin e 1691 gjendet: “desponsatus”.

I mjeri!

Pse kam lindur?

Pse, i palumtur kam parë dritën?

Pse kam hyrë në këtë Urdhër Fetar dhe jam shuguruar?

Pse më ka takuar një shërbim kaq i gjatë dhe i vështirë i Thirrjes?

Unë pyes: ku është e vërteta e atyre fjalëve: “Zgjedha ime është e butë dhe ngarkesa ime e lehtë?”.

Ku është e vërteta e atyre fjalëve, se Zoti nuk na lejon ne të jemi të tunduar më shumë sesa mundemi?

Me të vërtetë, duke ruajtur nderimin e Zotit, por edhe duke e ofenduar: do të preferoja më mirë të mos ekzistoj, ose të jem një gur, që i kalon kështu ditët e jetës së tij”.

Kështu ai mbaroi së foluri, duke u përgjyruar si Jobi e Jeremia: dhe kërkonte, i pasigurt, nëse do të braktiste për gjithë jetën Shërbimin e Zotit, apo të vazhdonte Shërbimin e ndërmarrë.

III. Ndërsa pluskonte në vendim, ja papritur, shfaqet para tij Shenjtja e Shenjteve.

1. Në fakt, ndërsa ai debatonte mes gjendjeve të ndryshme shpirtërore dhe ishte i prirur, tani në njërin, tani në tjetrën, tani në tjetër gjë, gati në gjysmë të natës së stuhishme, në mes të orës dhjetë e njëmbëdhjetë, në qelën ku ai shtrihej, Drita e Zotit shkëlqente me një dritë verbuese të papritur dhe në të u shfaq e Lumja, Virgjëra Mari, që e përshëndeti butësisht.

2. Pas shumë bisedash, Virgjëra spërkati me Qumështin e saj të pastër plagët e tij të shumta vdekjeprurëse, të bëra nga demonët dhe menjëherë i shëroi plotësisht.

3. Në të njëjtën kohë, në Praninë e Zotit Jezu Krisht dhe të shumë Shenjtërve që ishin përreth, ajo e martoi këtë shërbëtor të saj dhe i dha një Unazë të Virgjërisë së saj, të bërë nga Flokët e Virgjër të ndërthurur të vetë Shenjtes Mari.

Është e pashpjegueshme dhe e paçmueshme kjo Unazë Lavdie, me të cilën Shenjtja Mari e bëri Dhëndër dhe që Ajo e vendosi në gishtin e tij në mënyrë kaq të admiruar, pa patur mundësi ta shihte askush.

Ai, pastaj, ndjeu fort me këtë unazë ndihma të padyshimta kundër të gjithë tundimeve të djallit.

4. Në të njëjtën mënyrë, e Lumja Virgjëra Mari, Nëna e Hyjit bashkë me Unazën e vendosur në gisht i vari në qafë një Zinxhir të Flokëve të Virgjër të ndërthurur të Shenjtes Mari, të cilit iu ngjitën njëqind e pesëdhjetë Gurë të çmuar në grupe me nga pesëmbëdhjetë dhjetëshe, sipas numrit të Ruzares së saj.

5. Pasi kreu rregullisht këto gjëra, Shenjtja Mari i tha që kështu, shpirtërisht dhe në mënyrë të padukshme, Ajo do t’u kishte bërë atyre që do të recitonin me devotshmëri Ruzaren e saj të Shenjtë.

I njëjti numër i Gurëve të çmuar përmbahej edhe në Unazë, por Gurët ishin shumë të vegjël.

6. Post haec eadem Suavissima Domina OSCULUM ipsi impressit; dedit et UBERA sugenda Virginea.

De quibus ille sugens avide, videbatur sibi cunctis in membris, ac potentiis, irrigari, et transferri ad coelestia.

Et saepius postmodum Alma Parens eandem ipsi gratiam contulit lactationis.

IV. Unde cunctis mortalibus admiranda narro.

1. Haec utriusque orbis Regina, post desponsationem, eidem saepius apparens velut deficienti robur addidit divinitus, quo confortatus ipse alios item animaret Deiparae in Psalterio devotos.

Ad eum vero sic aliquando fata: *“Dilecte Sponse, inquit, ex hoc deinceps non debes Me unquam a te alienam existimare, nec te vel a confidenti in Me, vel ab Servitio Meoseparare: cum Me inter et te Conjunctio sit tanta, ut si per Sanctam corporalem Desponsationem fuisset desponsati toties, quod⁵⁹ in orbe existunt foeminae, non tamen sic forem astricta tibi, et addicta, veluti nunc Sum per Spiritalem Desponsationem tibi Copulata: et hoc non ulla carnali copula, quae vilis est ac nihili, sed in Spirituali, planeque Divina.*

In qua Virginalis inest Generatio, et Coelestis animarum Foecundatio: quam nemo vel ratione, vel ex libris sat intelligit, nisi qui accipit.

2. *Eja, age igitur, dilectissime Sponse, oportet nunc, ut, secundum jura sponsalitia, sint cuncta inter nos communia.*

Quocirca volo, collatas Mihi Gratias, jure Matrimonii Spiritalis, tibi quoque communicare.

3. *Scias autem: quod corporale Matrimonium in Ecclesia Sacramentum Sanctum est, prout est figura, et signum Matrimonii Spiritalis, inter Christum, et Ecclesiam.*

4. *Quia vero per Angelicum Psalterium, te Mihi Desponsavi, sicut et Deus Pater me per idem in Angelica Salutatione Sibi desponsavit ad Filii Sui Generationem: itaque (volente sic Deo) ad Eiusdem Filii Regenerationem in mundo, per Sacramenta, et Virtutes, tibi juncta sum, Purissima Virgo, et Intemerata.*

5. *Nec veniat in cujusquam mentem de hac immundi quicquam.*

Haec enim Spiritalis Generatio sole purior est, stellis mundior, Amplexum continens Trinitatis infinitae, ut in qua consummatur haec Desponsatio.

Quoniam Ipsa est, in qua omnia, ex qua omnia, et per quam omnia.

6. *Gaude nunc igitur, et laetare, o Sponse, gaudere enim me fecisti toties, quoties Me in Psalterio Meo Salutasti.*

Et quidem Me Gaudente saepius tu contristabaris, gravissime torquebaris, saevissime affligebaris.

⁵⁹ Në botimin e 1691 gjendet: “quot”.

6. Pas këtyre gjërave, vetë Zoja e butë i dha një Puthje dhe i dha të pinte Qumështin e Gjinjve të saj të Virgjër.

Ai e piu me lakmi dhe i dukej sikur të kishte ujitur të gjithë gjymtyrët e tij dhe forcat dhe të ishte transportuar në Qiell.

Që atëherë, shumë shpesh Nëna e dashur i bënte dhuratë të vetë Hirit të Qumështit të saj.

IV. Rrëfej, pra, gjëra që janë të denja për t'u admiruar nga të gjithë njerëzit.

1. Mbretëresha e Qiellit dhe e tokës, pas Martesës, duke iu shfaqur shumë shpesh, jo vetëm rriti mrekullisht forcën e tij të dobët, por edhe e ringjalli, derisa ai të ngushëllonte vetë të devotshmit e tjerë me Rruzaren e Shenjtë të Nënës së Hyjit.

Një herë, Ajo i tha: “I dashur Dhëndër, që tani e tutje nuk duhet kurrë të më konsiderosh të ndarë nga ti, as ti nuk duhet kurrë të ndahesh në të besuar ndaj meje dhe nga shërbimi im: nga momenti që është kaq i madh Bashkimi mes meje e teje që, nesë përmes Martesës së shenjtë trupore të kishim qenë të martuar shumë herë, aq sa gra ekzistojnë në botë, prapëseprapë nuk do të kisha qenë kaq afër dhe e lidhur me ty, sikurse unë jam e lidhur me ty, përmes Martesës shpirtërore dhe kjo pa asnjë bashkim të mishit, që është e pavlerë dhe nga asgjë, por në Bashkimin shpirtëror, që është plotësisht hyjnor.

Në këtë Bashkim hyjnor çel Brezi virgjëror dhe Ngjizja qiellore e shpitrave, që askush, ose me arsyen, ose me studimin nuk kupton mjaftueshëm, vetëm ai që e merr.

2. Eja, kurajo pra, o Dhëndër i dashur, duhet tani që sipas të drejtave martesore, të jenë të përbashkëta mes nesh të gjitha gjërat.

3. Të dish, pastaj, që Martesa trupore është një Sakrament i Shenjtë, pasi është figura dhe shenja e Martesës shpirtërore mes Krishtit dhe Kishës.

4. Pasi pra, u martove me mua, përmes Rruzares së Shenjtë, ashtu sikur edhe Hyji Atë më martoi me veten në Të falemi Mari të vetë Rruzares së Shenjtë, me qëllim që të lindë Biri i Tij; kështu edhe Unë Virgjër e pastër dhe e padhunuar, duke dashur kështu Zoti, jam bashkuar në Martesë me ty, me qëllim që të lindë në botë Vepra e Birit tim, përmes Sakramenteve dhe Virtyteve.

5. Të mos i vijë në mendje askujt asgjë e papastër.

Në fakt, Brezi shpirtëror është më i pastër se dielli, më i pastër se yjet, duke qenë i mbyllur në Përqafimin e Trinisë së Shenjtë dhe Martesa shpirtërore konsumohet në vetë Trininë e Shenjtë, pasi në të janë të gjitha gjërat, nga ajo janë të gjitha gjërat dhe përmes saj janë të gjitha gjërat.

6. Tani pra, gëzohu dhe kënaqu, o Dhëndër, në fakt, shumë herë më ke bërë të gëzohem, sa herë më ke përshëndetur në Rruzaren time të Shenjtë.

E megjithatë, ndërsa Unë gëzoja, ti shpesh ishe i hidhëruar, ishe i munduar shumë rëndë, ishe i pikëlluar shumë thellë.

Sed cur?

Dare tibi dulcia decreveram, ideo multos per annos, praebebam amara.

Eja gaude nunc.

Ecce tibi, ex Donorum Meorum Abundantia, MONILIA XV dono, juxta LILIA XV Virginalis Mei Psalterii”.

CAPUT V.

De Monilibus XV, B. Alano Sponso a Sponsa donatis.

I Monile: est Remissio Finalis peccatorum: *“Impetravi tibi, o Sponse, omnium peccatorum, quantumcumque gravium, remissionem: nec in reatu peccati morieris, sed si offenderis, in mundo hoc punieris, quia Me saepius Salutasti per AVE: quasi sine VAE”.*

Quod ideo dedit: quia diu iste magnus peccator fuit, ac diversis multisque peccatorum irretitus generibus degerat.

Nimirum in exemplum caeteris, ut confidant peccatores.

Idcirco enim Maria innocentem non elegit: sicut et Christus Magdalenam sibi gratissimam Desponsavit, ad fiduciam in poenitentia ponendam.

Quae et ipsa Magdalena huic quoque Desponsationi, tamquam illius paranympa, et promotrix, intererat, cum filia sua Catharina Martyre, et ipsa Christi JESU sponsata⁶⁰.

II Monile: PRAESENTIA⁶¹ MARIAE: *“Ecce, quia saepius obtulisti Mihi, MARIA: quae est Illuminata: Idcirco hanc tibi do Coelestem Claritatem⁶², ut Lucem quandam semper habeas praesentem, in ME simul habebis, et videbis Assitricem me, et Adjutricem tuam.*

Idque longe praeclarius et verius, quam si Me videres oculis, et tangeres sensibus corporis”⁶³.

III Monile: IMPETRANDI gratia PETITA: *“Quia obtulisti Mihi saepius, GRATIA, per quam et Deo Placui, et pro mundo commerui: idcirco do tibi Gratiam impetrandi omnia, quaecunque orans rite petieris, acsubinde majora etiam, quam desiderabis”.*

Et saepe id ipsum re vera sic idem expertus est.

⁶⁰ Në botimin e 1691 gjendet: “sponsa”.

⁶¹ Në botimin e 1691 gjendet: “Praesentatio” (manifestim).

⁶² Në botimin e 1691 gjendet: “charitatem” (Dashuri e Zotit).

⁶³ Në inkunabulin e 1498, i Lumi Alano shkroi në koment të Vizionit, një koment që P. Coppenstein o.p. ka lënë jashtë: “(Fq. 016, kol. a) Tantum autem Maria est ei Presens et Familiaris, quod vis io mulierum carnalium in comparacione huius non est nisi dyaboli ymago”: “Maria e Shenjtë ishte kaq e afërt dhe e dashur me të, saqë kur ai shikonte gratë e botës, në krahasim me Të, i dukeshin portrete të djallit”.

Po a e di pse?

Kisha vendosur të t'i jepja këto Ëmbëlsi, kështu për shumë vjet, lejoja hidhërimet.

Hajde, gëzohu tani.

Ja, nga Bollëku i Dhuratave të mia, pesëmbëdhjetë Stoli, siç janë pesëmbëdhjetë Zambakët e Ruzares sime të virgjër.

KAPITULLI V

Pesëmbëdhjetë Stolitë, e dhuruara nga Nusja, Maria e Shenjtë, Dhëndrit, të Lumit Alano.

I. *Stolia e Parë:* është Falja përfundimtare e mëkateve: “Kam fituar për ty, o Dhëndër, faljen e të gjitha mëkateve, pavarësisht sa të rënda ata janë: nuk do të vdesësh në faj të mëkatit, por, nëse do të bësh një gabim, në këtë botë do të dënohesh, pasi ti shumë shpesh më ke përshëndetur me “Ave (*Të falemi*)”, ajo që është vërtetë pa *faj*”.

I ofroi këtë Stoli, sepse ai kishte qenë për një kohë të gjatë mëkatar, dhe kishte jetuar në grackë në mëkate të shumta e të llojeve të ndryshme.

Dhe kjo dhuratë ishte edhe si shembull për të tjerët, që mëkatarët të besonin në të.

Kështu pra, Maria nuk ka zgjedhur një njeri pa faje, tamam si Krishti thirri të njohurën Madalena në Martesën shpirtërore, duke i dhënë besim pendimit.

Dhe vetë Madalena merrte pjesë në këtë Martesë shpirtërore, si nismëtare dhe promovuese për vajzën e saj Katerinën Martire, edhe ajo Nuse shpirtërore e Jezu Krishtit.

II. *Stolia e dytë:* Prania e Marisë: “Ja, meqë shumë shpesh më ofroje mua në Ruzaren e shenjtë, “*Mari*”, ajo që shkëlqen, prandaj ty të dhuroj Shkëlqim qiellor: që ti të kesh gjithmonë, në mua, një Dritë të ndezur gjithmonë dhe gjithmonë do të më kesh e do të më shikosh si Aleate dhe Ndhimëse.

Dhe kjo, në mënyrë akoma më të qartë dhe të vërtetë, që, nëse ti më shikoje me sy dhe më perceptoje me shqisat trupore”.

III. *Stolia e tretë:* Hiri që të fitosh gjërat e kërkuara: “Meqë më ke ofruar shumë shpesh mua në Ruzaren e shenjtë, “*Gratia (Hir)*”, për të cilin Hir Unë i pëlqeva Zotit dhe u gjeta e denjë para të gjithë botës, prandaj të dhuroj ty Hirin që të fitosh çdo gjë, çfarëdo lloj gjëje që, duke u lutur do të kërkosh në mënyrën e duhur dhe shpesh edhe gjëra më të mëdha sesa ti do të mund të dëshirosh”.

Dhe shpesh, ai e eksperimentoi atë gjë në realitetin e vërtetë!

IV Monile: INFLUENTIA caelestis: “Quia saepius Mihi donasti Liliu hoc, PLENA, quippe repletae⁶⁴ in cunctis Potentiis Meis, et Operibus Meis, ac Gratiis: idcirco ecce tibi concedo, ut a capite adusque pedes, intus et extra, non sit pars in te, vel potentia, quae non sentire possit Coelestem Influentiam sive ad gaudendum, sive trilandum, aut ad operandum”.

Nec factum secus.

Persentit enim saepissime, omnibus in membris Lucem quandam subintranter, et inexplicabili modo ipsum pertrahentem ad conformitatem Voluntatis Beatissimae Trinitatis.

V Monile: PRAESENTIA DEI: “Quia Mihi saepius obtulisti Liliu, DOMINUS, quod est ipsa Beata Trinitas: ecce, tibi impetravi, ut Dominus Deus sit tecum semper praesentialissime”.

Hinc videt in se semper Beatissimam Trinitatem, Seipsam absorbentem, ut jam se non videat, sed Illam.

Suntque ibi tres Personae distinctae, et nihilominus Una est Alia tota, et totaextra illam; et quicquid videtur in Una, totum videtur, et in Alia.

Sed nec visio ista est imaginaria, nec corporalis, sed est Fidei, sub Lumine altiore, quam sit lumen omnis scientiae creatae.

Ita tamen sentit, aut videt, secundum majorem in sese, vel minorem praeparationem, ac devotionem.

Si quando enim est indevotus, aut mundanis occupatus, vel otiosus, diffugitiva visio: et aliquantisper deinde vix reddit, sicut antea in se praevia cum devotione, et poenitentia.

VI Monile: PRAESENTIA SANCTORUM: “Quia tu obtulisti Mihi saepius, TECUM: eo quod Tabernaculum fui SS. Trinitatis: ecce tibi do, ut videas in te, et sentias totam Curiam coelestem: imo et totum mundum distincte, et clare”.

Et fit ita.

Vidit in se Sanctos, Sanctas et Angelos, Nominatim, ad quos singulari fertur devotione.

Quodque speciale est: ita sentit cum sensu, et luce quadam illuminante, non sine magno gaudio: aliquoties etiam cum magna contritione.

VII Monile: LOQUELA SANCTORUM: “Quia obtulisti mihi, BENEDICTUS, eo quod Benedictum fuit Meum Eloquium, et ecce, dono tibi Eloquium Meum, et Sanctorum, ut nostram audias loquelam”.

⁶⁴ Në botimin e 1691 gjendet: “repleta”.

IV. *Stolia e katërt:* Ndihma qiellore. “Meqë, shumë shpesh, ti më ke ofruar mua në Rruzaren e Shenjtë këtë Zambak “*Plena (plotë)*”, pasi Unë jam e plotë në të gjitha Aftësitë e mia dhe edhe në Veprat e mia dhe Hirin, atëherë, ja, të jap ty që nga koka deri tek këmbët, brenda dhe jashtë, nuk ka në ty pjesë apo aftësi, që nuk mund të ndiejë Ndihmën qiellore, si në të gëzuarit, si në të trishtuarit, si në të vepruarit”.

Dhe ndodhi pikërisht kështu.

Ai ndiente, në fakt, shumë shpesh në të gjitha gjymtyrët një Dritë që futej dhe në mënyrë të pashpjegueshme e drejtonte që t’i përshtatej Vullnetit të së Bekuarës Trini.

V. *Stolia e pestë:* Prania e Zotit. “Meqë shumë shpesh më ke ofruar mua, Zambakun “*Dominus (Zoti)*”, që është vetë e Bekuara Trini, ja, për ty kam fituar që Zoti të jetë gjithmonë i pranishëm bashkë me ty”.

Që atëherë shikonte gjithmonë tek vetja Trininë e Bekuar, që e përfshinte tek vetja, kështu që ai nuk shikonte më veten e tij, por Trininë e Shenjtë.

Dhe, në Trininë e Shenjtë ai shikonte që ishin tre Persona të dallueshëm dhe kjo, sado që secili ishte i gjithi në tjetrin dhe të gjitha së bashku ishin ajo dhe çfarë shihej në njërin, shihej tërësisht edhe në tjetrën.

Ky Vizion, sidoqoftë nuk ishte i lidhur me imagjinatën, as me shqisat, por vinte nga Besimi, Drita e të cilit është më e madhërishme sesa është drita e çdo shkence të krijuar.

Sidoqoftë, ai ndiente ose shikonte sipas devotshmërisë dhe gatishmërisë së tij më të madhe apo më të vogël.

Nëse ndonjëherë, ai nuk ishte mbledhur në lutje, ose ishte i zënë me gjërat e kësaj bote, ose ishte i papunë, vizioni zhdukej për pak kohë: dhe pastaj, pak nga pak kthehej si më përpara, pas një devotshmërie dhe pendimi paraprak të tij.

VI. *Stolia e gjashtë:* Prania e Shenjtërve. “Meqë ti më ke ofruar mua në Rruzaren e Shenjtë shumë shpesh “*Tecum (Ty)*”, për faktin që isha Tabernakuli i Trinisë së Shenjtë, ja, Unë të jap ty, që ti të shohësh e të ndjesh brenda teje të gjithë Trupin Qiellor dhe bashkë edhe të gjithë botën, në mënyrë të qartë e dallueshme.

Dhe ndodhi kështu.

Ai shikonte brenda vetes Shenjtërit, Shenjtëreshat dhe Engjëjt, i njihte për Emër dhe u drejtohej atyre me devotshmëri të veçantë. Dhe, gjëja akoma më e jashtëzakonshme ishte që ai kishte ndjeshmërinë e një drite që e mbushte me një gëzim të madh dhe ndonjëherë edhe me një pendim të gjallë.

VII. *Stolia e shtatë:* Mënyra e të shprehurit e Shenjtërve. “Meqë më ke ofruar mua në Rruzaren e Shenjtë “*Benedicta (E bekuar)*”, nga momenti që mënyra ime e të Folurit ishte e bekuar, ja, Unë të jap ty mënyrën time të të Folurit dhe të Shenjtërve që të kuptosh Gjuhën tonë”.

Et fit ita.

Audit in se pene semper Vocem aliquam, vel Patris, aut Filii, aut Spiritus Sancti, aut Mariae, vel Santorum: neque vox ea est imaginaria, aut corporea, sed quaedam alia clara, et distincta, mentem afficiens, et erudiens: cujus in rerum natura simile nescio.

VIII Monile: OMNISCIENTIA quaedam: *“Quia Mihi obtulisti saepe, TU, quae est vox demonstrantis, et referentis, et supportantis: Doctorum vero sunt haec, docere, referre, supportare populi infirmitates: idcirco ecce dono tibi Scientiam non humanoacquisitam ingenio, sed Mea Gratia datam”*.

Hinc ab omni Scientia divina, morali, et humana versatus est, et paratus: nec libris indiget, ut inquirat.

Plus orando reperire potest pro brevi⁶⁵ tempore cum B. Maria, quam die toto⁶⁶ in optima Bibliotheca versando.

Eidem quoque B. Virgo revelavit Scientiarum origines, et subtilitates: quas si homines scirent, humanas scientias, ob harum imperfectionem maximam, contemnerent.

IX Monile: INNOCENTIA AB MULIERIBUS: *“Quia obtulisti Mihi Liliam hoc: IN MULIERIBUS, scil. sanctis: non enim est laus inter malas esse benedictam.*

Idcirco ecce dono tibi hanc gratiam, ut numquam mulieres tibi noceant, vel minimum.

Sed et quia Me in Sponsam assumpsisti, addo tibi Domicellarum mearum, id est, Sanctarum omnium praesentiam, auxilium, et obsequium”.

Unde, saepius vidit⁶⁷ S. Annam cum filia Maria, S. Magdalenam, S. Catherinam⁶⁸ Virginem et Martirem, et Senensem, et Agnetem, aliasque plurimas, non sine magna devotione, et Angelica delectatione.

